



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Decimoseptimo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

sabbatismus iam non est necessarius, neque preceptus, nisi ad versum dei descendendum & orandum. DECIMOSEPTIMO.

¶ Spiritus sabbatismus, quem deus in hoc precepto praecipue putavit, est, ut non solum labores & officia omittamus, sed multo magis ut permittamus dumtaxat deum in nobis operari, nihil proprium in omnibus nostris viribus operantes. Quod autem hoc fit, sic fit. Homo peccatis corruptus, habet multum mali amoris & studij ad omnia peccata, & ut scriptura ait. Gen. 8. cum facta cogitatio cordis intenta est ad malum omni tempore, hoc est ad superbiam, inobedientiam, iram, odium, avaritiam, impudicitiam, & in summa summarum, in omnibus quae vel agit vel omittit magis quirit suam commoditatem & voluntatem quam dei gloriam, & sui proximi. Ideo omnia eius opera, omnes eius cogitationes, omnis eius vita est mala & non divina. Ut igitur deus in eo operetur, oportet omnia haec vicia & malitias perire & euelli, ut hic nascatur requies & cessatio omnium operum nostrorum, cogitationum, & verborum, & vitae, ut in posterum in nobis, ut Paulus ad Gal. 1. dicit, non nos, sed Christus in nobis vivat, operetur, & loquatur. Id vero non fit delicatis diebus, sed hic vis facienda est naturae, & permittendum ut ei vis fiat. Hic enim incipit pugna inter spiritum & carnem, hic spiritus reluctatur irae, voluptati, superbiae. Carne volente in voluptate, honoribus & ocio & tranquillitate diffundere. De quo Paulus ad Gal. 5. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Hic ergo sequuntur bona opera, ieiunare, vigilare, laborare, de quibus nonnulli adeo multa dicunt & scribunt, interea tamen neque principium neque finem eorum scientes, Ideoque & nos in penitentia de his dicemus.

DECIMO OCTAVO.

¶ Sabbatismus autem ut operibus nostris cessantibus, deus solus in nobis operetur, perficitur duobus modis. Primo per nostram propriam exercitationem. Secundo per alienam externamque exercitationem vel agitationem. Nostra igitur exercitationem sic oportet esse institutam & instructam, ut primo videntes quod sit nostra caro interea, nisi quis sensus, voluntas, & cogitationes nos irritet, eis resistentes non obsequamur. Sicut Sapiens dixit, Eccles. Post concupiscentias tuas ne eas. Et Deut. 12. Quod praecipio tibi hoc tamen facito, domino, nec addas quicquam nec minuas. Hic oportet hominem omnes habere in usu perpetuo, quas David oravit, dicens: Domine deduc me in viam mandatorum tuorum, & non in avaritiam. Item, Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Item, Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. Et eiusmodi multas, quas omnes haec oratio complectitur, Adueniat regnum tuum. Nam concupiscentiarum sunt tam multae, tam multiplicae, interdum suggestionem mali

Sabbatismus
vocatio operum
naturae nostrae, & diuina opera pati.